

1. ANNOTATIO CUR QUIBUSDAM DEDUCTIONIBUS GENEALOGICIS CIRCA
MATERNUM GENUS SMORUM DUCUM BRUNSVICENSIIUM A CLMO
HOFMANNO IN OPERE HERALDICO QUASI FIDE DIPLOMATUM PRODUCTIS
ACQUIESCERE NON AUDEAM
[1690 (?).]

5

Überlieferung:

L Konzept: HANNOVER NLB Ms XXIII 249 Bl. 1–2. 4°. 4 S.

Datum nach Ritter

Annotatio cur quibusdam Deductionibus Genealogicis circa maternum genus Smorum Ducum Brunsvicensium a Clmo Hofmanno in opere Heraldico quasi fide diplomatum
productis acquiescere non audeam. 10

1. Opus est nobis origine Ottonum Imperatorum, quam ex actis Sanctorum, inprimis ex vita S. Idae eruere mihi posse videor ad horum enim genus pertinere primos Brunsvici structores omnes assentiuntur. Facit autem Hofmannus cum aliis Ludolphum (Henrici Aucupis avum) filium Brunonis fratris Magni Witikinde, cujus sententiae exigua est apud me 15 fides, cum Monachus Corbejiensis Ottonum Imperatorum aequalis diserte genus immedin-
giorum seu tribum Witikindi a genere Ottonum secernat.

2. Indigemus origine Marchionum Thuringiae Dominorum Brunsvici posteriorum, in quibus fuit Ecbertus Anti-Caesar[.] Ex his apud scriptores primus memoratur Bruno, hunc plerique omnes faciunt filium Henrici ducis, fratris Ottonis Magni Imp. quod in Tabulis 20 quidem secutus est Hofmannus in opere tamen ipsa merito dubitatur <interim> ex eadem
gente fuisse verisimile merito censet cum scriporibus quae opinio subnixa et di<tio>num et
nominum consensu spernenda non videtur. Nam Brunsvic< – > fuisse in patrimonio Henrici Aucupis omnes tradunt, ut idem fuit in patrimonio Brunonis ejusque filii Ludolphi et
nepotis ex filio Ecberti; et eadem nomina Brunonum Ludolphorum, Ecbertorum in Henrici 25 aucupis gente frequentantur. Nam quod quidam et inter alios chronicon Anonymum a
Madero editum ex alia stirpe hand derivant, quia ducatum Saxoniae Otto M. Hermann
Billingi filio dedit, nihil ad rem facit. Caesar enim contra Slavos et Normannos indigebat
strenuo bellatore. At Henrici ducis Bavariae filius esse vix potuit Bruno noster. Nam anno 30
965. Otto I. memorat in diplomate Brunonem ejusque filium Ludolphum comites. Si ergo 30

19 f. hunc (1) Cranzius facit (2) plerique . . . faciunt L

Ludolphus Brunonis filius jam tum comes fuit, vix esse potuit nepos Henrici Bavariae ducis ex filio natu minore, cum Henricus severus anno 955. obierit. Producit Hofmannus cap. 7. art. 2. diplomata, welche er wie er sagt wegen seltenheit damit sie nicht verlohren werden sezen wollen. Initium est: *In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Otto tertius Romanus Saxonicus et Italicus, Apostolorum servus dono DEi Romani orbis imperator Augustus. [. . .] Ob recordationem Karissimorum progenitorum nostrorum et pro animae nostrae remedio regia largitione in proprium tradimus hoc est castellum Dalehem nominatum situm in pago Hastvala sive Ambergau in Comitatu filiorum Ekbrahti Comititis et nepotis nostri. [. . .] Anno dominicae incarnationis MI [. . .] actum Romae feliciter Amen.*

10 Adjicit sigillum Ottonis III (ein) menum et signum. Titulus susspectus et tamen videtur verus, vid. de hoc ipso titulo et diplomate Meibomum in introductione. Miror haec verba *Ekbrahti* [. . .] *nepotis nostri* neglecta esse ab Hofmanno. Videtur fuisse ex stirpe illa ex qua Bruno Giselaë maritus[.]

3. Indigemus origine Comitum Northemiorum principum ad Visurgim. Ex his primus 15 in Historia notus Sifridus comes de Boumeneborg pater Ottonis ducis Bavariae principis Cranzius notavit videri hunc Ottonem ad Visurgim descendere ex henrico duce fratre Ottonis M. Imp. Saxon. lib. 5. c. 3 et Metrop. lib. 5. c. 6. 7. 13 Hanc sententiam tuetur et Hofmannus, et vult Henricum ducem Bavariae habuisse filium Hermannum a quo natus sit Sifridus Comes de Boumeneborg pater Ottonis ad Visurgim, et nobis producit diploma 20 Ottonis III de anno 997. ubi sorori Episcopi Bernwardi, nempe Thietburgi dat mensum regalem in villa Wostalmeshusen, in pago Lainega, in comitatu Hermannii Henrici ducis filii ac filii ejus Sifridi Comitum situm. Sed non ut alibi solet originale dip,moatis sibi visum asserit, multo nimis indicat unde habuerit[.] Et quod me maxime maeo habet, in primo exemplari adhuc imperfecto operis Heraldici ipsius Hofmanni manu 25 scripto exhibitur idem diploma, sed desunt verba Henrici ducis filii in ipso textu, et demum ipsius quidem manu sed serius, alioque atramento soppleta reperiuntur, magna suspicione ex ingenio esse natam interpolationem, quae mihi parum probanda videtur[.]

4. Postremo desideratur origo Billingi qui fuit pater Hermannii ducis Saxoniae. Hic duos nobis chartos veteres affert Hofmannus, monasterii Kauffungen, sed more suo sup- 30 primens unde eas habuerit. Et quidem in prima operis delineatione ita de eis loquitur: A(nn)reichend aber deßen (Benuithi davon Browerus) posteros oder kinder mus ich bekennen, daß dieselbe zu investigiren nur etwas schwehr ankommen, nachdem mit aber aus des Lezneri einer gewißen verlaßenschafft eine guthe quantität alter von ihm colligirter sachen zu handen kommen, habe ich dabey nach gesezte beide chartas unter andern ange- 35 troffen dieselbe davon obgesezten des Broweri worthen appliciret, und daß so nirgend

4–9 *In . . . Amen*: vgl. Bl. 202^r–203^r.

anders denn dahin gehoreten nach fleißiger erwegung aller umbstande befunden. Haec ille. Ubi n(arran)dum omnem hanc notitiam unde has chartas habuerit suppressam esse in ipso in <nitidam sor –> jam elaborato. Et correctionem eorum quae de Leznero scripserat suspectam videri et multo magis quod initio unam tantum chartam posuerit, mox duas scripserit, praeserim etiam in Tomo II. variorum Saxoniorum unam tantum posuerit chartam 5 subjectam Lezneri Sichelsteineis excerptis. Itaque vereor ne posterior sit ab inventione, ubi scilicet ipsum nomen Billungi express(um) eique effingendae occasionem credo dedere nomina Beunith, Amalung, et Wicman, quae in familia Billingi reperiuntur. Prorsus etiam specie caret quod in secunda charta donationem monasterio Kaufungen factam <banno> confirmat Rupertus AEpiscus Mog. qui dicitur et recognasse et subscripsisse Wulfhildis 10 diploma recensense quod unam ex Billinganis superesse in his regionibus arbitratur ait in opere elaborato se id sumsisse aus einem alten pergamentum apographo; sed in priore < –> elaborato addit: ex noto copiali, scil. supprimit saepe notitias in origines.

Sed hoc quidem condonandum fuisset, si nihil imm(–)sset cuius rei jam exemplum attuli deprehendi vero dahuc unum non minus insigne. Scilicet inter diplomata ad Billin- 15 gum pertinentia descripta ex Magdeburgensi exemplari, ubi Otto Imp. < –> Billingo con(cum)bium instituit, et Billing cedit Vormarstat, Otunpach, Gazarstat, Haholtestat in pago usiti in comitatu UUillihelmi pro loco Honfluri in pago Engili < – –> Altsteti anno 857. ibi ponuntur in Exemplari elaborato haec verba: Tradidit itaque praedictus Billung collaudante filio suo Heriman ad nostrae proprietatis ditionem in legitimam scilicet 20 commutationem quicquid proprietatis habuit in etc. Et in margine annotatum Heriman F. Billingi. Sed in exemplari ejusdem diplomatis, quod Hofmannus sua ipse manu descripsit ex authentico Magdeburgico in volumine Ant. Magdeb. fol. 833. desunt verba: collaudante filio suo Heriman. Ut proinde hic manifestum interpretationet et piaie fraudis teneamus, inserta sunt haec verba obiter, ut arte prae < –> eorum dubitatio qui negare vellent Billin- 25 gum < –> Magdeburgicis memoratum ad nostrum Hermani filium pertinere[.] Tantum[.]

2. EXZERPT AUS HOFFMANN, VARIORUM SAXONICORUM
MANUSCRIPTORUM, BD. 1
[Nach 1690.]

Überlieferung:

5 L Aufzeichnung: Ms XXIII 249 Bl. 3. Kurzer Streifen.

Leibniz' Vorlage war die 1943 verbrannte Handschrift J. H. HOFFMANN, »Variorum Saxonorum manuscriptorum«, Bd. 1–3 (chem. HANNOVER *NLA*); weiter Exzerpte daraus finden sich hier.

Script[ores] nostr[i]

10 Catalogus Abbatissarum Gandersheimensium collectus à Mich. Ripenio Min superintendente vid. vol. 1 sax. H[.]

3. EXZERPT AUS ADAMUS BREMENSIS, HISTORIA ECCLESIASTICA
[Nach 1690.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: Ms XXIII 249 Bl. 4. Streifen.

15 Leibniz' Handexemplar des exzerpierten Werkes findet sich heute in HANNOVER *NLB* Leibn. Marg. 85, Stück 3; weitere Exzerpte daraus finden sich hier.

Bovo I. abbas Corbeiae Historiam Saxoniam seculi sui contextuit cujus <–> Adam Bremensis Hist. Eccl. lib. 1. c. 35. (+ an forte ex eo <–>indus?)

20 4. EXZERPT AUS FOGEL, ITINERAR
[Nach 1690.]

Überlieferung:

L Aufzeichnung: Ms XXIII 249 Bl. 5. Streifen.

25 Grabstein ist zu Nordlingen in der Pfarrkirchen S. Georg Magdalenen: Albertus Brunsvigae dux qui pro principe suo <–> Hassiae Landgravio etc. fortiter <singnando> occupit hic situs est anno a nato Xo. 1546 aetatis suae 24. hat nach seinem alter einen ziemlichen bart[.] Ex Vogel. Itin.